IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 161v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

qui detrahunt michi et operiant confusione sua intus et
foris coram deo et hominibus.
Ego autem confitebor tibi confessione laudis valde palam
et hoc non coram paucis sed in medio multorum lau
dabo eum.
Eum quidem merito laudare debeo qui astitit adversis
mei pauperis me semper in bonis operibus conservando asti
tit dico ut salvum faceret a persequentibus animam meam ne eis
redderem vel morientem possent me retinere.

Ps. 109. In quo monet subiici xpo tamquam deo
vero et homini. Vox prophete.

Dixit dominus pater
mo filio qui dominus meus est sede a dex
tris meis. i. expleta militia tua et p
acta obedientia quiescite in potioribus
bonis meis hoc autem factum fuit in
ascensione.
Sed dico donec ponam inimicos tuos impedio tuo
subiectos vel adoptatos vel victos vt sub pedibus tuis
subiecti omnes locum teneant volentes vel nolentes voluntate vel necessitate.
Propha condens vnde regnum xpi inceperit ait ad xpum
virgam. i. regiam potestatem dnatiue virtutis tue dabit
tibi dns pr ex syon quia ex iudeis originaliter inchoatum
est in credentibus regnum xpi dnare ergo o xpe vel dnaberis
in prosdyto per fidem quondam inimicorum tuorum et modo
iam conuersorum et tibi iam propria voluntate subiectorum.
Dominare dico et hoc rationabiliter quia ego pater